



ON CARLOS, *Por la*
Gracia de Dios, Rey de las Españas &c. Por
quanto se hallaba antecedentemente el Serenísimo
Señor Emperador mi Tio con poder y amplia
facultad, para tratar, aceptar, y concluir en
mi nombre qualesquiera Tratados de Paz, ó Tregua con el Rey
Christianísimo que hallase con venir, ó bien visto le fuese, y ha-
diendole sustituido, en virtud de la Clausula que tenia para ello,
en sus Ministros residentes en el Congreso de Ratisbona, se
ha estipulado y ajustado entre ellos, y el del Rey Christianí-
simo, que así mismo se hallaba authorizado, y con Pleni-
potencia para este fin, el Tratado de Tregua por veinte años,
cuya Copia en lengua Latina es del tenor siguiente.

A



IN nomine , & ad honorem sanctissimæ
 Trinitatis Dei Patris , Filii , & Spiritûs san-
 cti. Notum sit universis & singulis quorum
 interest , aut quomodolibet interesse potest.
 Cum Serenissimus ac Potentissimus Princeps,
 & Dominus , Dominus Carolus Secundus Hi-
 spaniarum, & Indiarum &c. Rex Catholicus &c. malis & peri-
 culis Christianitatis, commotus , quæ ipsi iterato & vehemen-
 ter , tam , ipsius Summi Pontificis, quàm Imperatoris nomine
 representata sunt, ut & Serenissimus ac Potentissimus Princeps
 & Dominus Dominus Ludovicus Decimus-quartus Rex Fran-
 ciæ, & Christianissimus, ex constanti conservandæ inter Chri-
 stianos pacis desiderio , & etiam crebis , & instantibus Sum-
 mi Pontificis adhortationibus permotus , decreverint illud
 Bellum , quod inter ipsos jam , ardebat , sollicitè pro Com-
 muni Subditorum , totiusque Christianitatis , jam aliundè
 nimis afflicta bono , quàm primum vel per pacem , vel per
 inducias ex tinguere , ideo cum jam dudum , Sacra Majestas
 Christianissima sua Mandata Ministris suis , tum variis locis,
 cum hic etiam Ratisbonæ ad negotium tractandum dede-
 rit , cum iis , qui ad id conficiendum , à Rege Catholico suf-
 ficienti Mandato muniti essent , è re sua quoque judicavit
 Sacra Majestas Catholica , cum videret se à locis tractatum
 nimium remotam , Sacram Cæsaream Majestatem requisivisse,

viffe, ut in eo peragendo partes suas fufcipere, & ex ejus Miniftris aliquos feligere vellet, quibus rem totam committeret. Quare sæpius altè memorata Sacra fua Cæfareæ Majeflas, tam proficuo, & utili negotio, in bonum univerfæ Christianitatis celerem manum applicatura, fuos ad comitia Ratisbonenfia Deputatos, Cæfareos Commiffarios delegavit, & fubftituit, ad Armiftitii tractatum loco, & vice fuâ pro Rege Catholico, cum Regis Franciæ Christianiffimi infra nominato Miniftro Plenipotentiario ineundum, qui etiam Armiftitium mutuò concluferunt & fubfignaverunt juxtâ Conditiones fequentes.

I.

Juxtâ Conditiones à Rege Christianiffimo oblatas pro pacis reftauratione, Rex Catholicus amplectitur vicennales inducias à die fubfcriptionis hujus tractatus computandas, quibus durantibus ceffent utrimque tam terra, quàm mari, aliifque aquis omnes hoftilitates in omnibus Regnis & Dominis, in & extrâ Europam, tam cis, quàm trans lineam, omniaque reftituantur hinc indè in eum ftatum, in quem Pace Neomagenfi fuère conftituta, exceptis tamen illis, de quibus fequentibus articulis ratione poffeffionis fuerit conventum, quâ Reges Catholicus, & Christianiffimus durantibus induciis vicennialibus reciprocè gaudebunt.

II.

Rex Christianiffimus retinebit & fruetur, durantibus hifce induciis, quiete, & fine moleftia, quacumque de caufa,
aut

aut prætextu fieri possit , Civitate Luxemburgo , ejusque præfecturâ aut quatuordecim , vel quindecim Pagis , vel Villis ab ea dependentibus , sicut etiam Beaumont & tribus , aut quatuor Pagis qui de eujusdem dependentia supersunt , Item Bovines sine dependentiis , Chimay cum duodecim vel quindecim Pagis dependentibus.

III.

Quam primum post editum instrumentum ratihabitionis in debita forma , qua Regia Catholica Majestas acceptabit , ac ratihabitura est ea quæ hujus conventionis articulis continentur , Regia Christianissima Majestas , Regiæ Catholice Majestati restituet Oppida Cortracum , & Dixmudam cum utrimque dependentiis posteaquam illorum muri dejecti , & munimenta solo fuerint æquata.

IV.

Restituet etiam Regia Christianissima Majestas post factam ratihabitionis permutationem , omnia Loca quæ armis illius fuere occupata , & generaliter omne illud , cujus possessionem post vigesimam Augusti , Anno millesimo , sexcentesimo , octogesimo tertio apprehendit , exceptis Civitatibus Luxemburgo , Beaumont , Bovines , & Chimay , quas cum suis dependentiis , eo modo retinebit , quo superius Articulo secundo hujus Conventionis stipulatum fuit. Manebunt de cetero Regia Catholica Majestas , & Regia Christianissima Majestas in eadem possessione ac statu , quo tempore soluta primæ Blocadæ , sive Blocus (ut vocant)

Op-

Oppidi Luxemburgensis fuere Constitutæ , ita tamen ut ratione talis possessionis , vel aliarum Civitatum , aut Locorum , quæ durantibus hisce induciis in unius , vel alterius partium potestate remanebunt , nullatenus liceat quidquam hinc inde pretendere , ullasvè facere reuniones.

V.

Tenebitur etiam Regia Christianissima Majestas post editam ex parte Hispanicæ ratihabitionem Copias suas ex Dominiis Regiæ Catholicæ Majestatis revocare , ubicumque Locorum sita sint , vicissim etiam Rex Catholicus ab omni actu hostilitatis abstinebit , etiamque ex parte sua pro restauratione tranquillitatis publicæ & mutuæ amicitia inter Subditos utriusque Regis Catholici , & Christianissimi , eadem servabit , ad quæ Regia Christianissima Majestas sese presenti hac conventionem obstringit.

VI.

Et si ex hoc fundamento , quod uterque Rex durantibus hisce induciis , in ea possessione manere debeat , in qua utraque Majestas Catholica & Christianissima , tempore primæ solutæ Blocadæ , sive Blocus (ut vocant) Oppidi Luxemburgensis fuere constitutæ , exceptis tamen Locis quæ in Regiæ Christianissimæ Majestatis potestate remanebunt aliqua Loca extarent , de quorum extensione , sive de tempore possessionis lis foret , illius decisio Regi Magnæ Britannia deferenda , ita tamen , ut supra memorati Reges super hoc nihil ulterius queri possint post trium mensium spatium à die ratihabiti tractatus elapsum. Con-

V I I.

Continuabuntur insuper ex vtraque parte exactiones Contributionum quæ solvendæ restabunt, ad diem usque Commutatarum ratificationum, eaque quæ hoc modo, tempore Commutationis adhuc debebuntur, exsolventur intra spatium trium mensium à supradicto termino computandorum, nullaque propterea fieri poterit executio intra id tempus contra Communitates debitrices, dummodo sufficientem prestiterint cautionem in urbe, intra illius alte memoratorum Regum, ad quem dictæ Contributiones pertinebunt, dominium sita; Si verò aliquæ orientur controversiæ, sive difficultates, intuitu istarum Contributionum, nulli partium licitum sit sibi viâ facti satisfacere, sed contentiones istæ terminentur amicabiliter, & si istud fieri nequit, ad arbitrium Regis Magnæ Britanniæ remittentur.

VIII.

Rex Christianissimus promittit ab omnibus hostilitatibus ex nunc in Belgio contra Civitates, & Loca ad Coronam Hispaniæ pertinentia, etiam agris, sive Plat pays, cessandum iri, sicut etiam ex parte Hispaniæ vicissim abstinendum erit,

I X.

Nihil hinc inde quoad tractatus Noviomagenfes inter
Reges

Reges Catholicum & Christianissimum innovetur ; verum
 ii per omnia in suo vigore salvi maneant , nisi tamen
 quatenus articulo primo superius reservatum fuit.

X.

Sacra Cæsarea Majestas tam pro se , quàm nomine Re-
 gis Catholici , ut & Sacra Christianissima Majestas con-
 sentiunt , ut universum Imperium , Rex Magnæ Britan-
 niæ , Confœderatarum Provinciarum ordines , & denique
 omnes Reges , Principes , Respublicæ , ac Status , qui
 hanc obligationem in se suscipere volent , utrimque pro-
 mittant , se pro restauranda & affecuranda bona fide , ac
 universi orbis Christiani tranquillitate horum pactorum
 guarantiam in se suscepturos.

X I.

Inducias hæc modo factas promittit Sacra Cæsa-
 rea Majestas à Rege Catholico , sicut & vicissim Christia-
 nissima sua Majestas in debita forma solitaque ratihabi-
 tum , solemnitaque desuper ratihabitionum instrumenta in-
 tra spatium sex septimanarum : Vel citius si fieri poterit ,
 à die subscriptionis computandum , vel hic , vel in Au-
 la Christianissimi Regis reciprocè , riteque commutandum
 iri.

In finem , Roburque horum omnium quæ superius de-
 scripta , ac nomine Sacræ Cæsareæ Majestatis pro Rege
 Ca-

Catholico ex una , & nomine Sacræ Christianissimæ Majestatis ex altera partibus tractata , & conclusa fuerunt nos infrascripti presentes propria Manu subscripsimus ac sigillavimus. Actum Ratisbonæ die decimâ quintâ Mensis Augusti , anno millesimo , sexcentesimo octagesimo quarto.

(L.S.) *Amadeus Comes de VVindisgratz.* (L.S.) *Ludovicus Verjus*
(L.S.) *Franciscus Mathias May.* Comes de Crecy.

V Haviendose visto , y examinado este Tratado , he resuelto aprobarle , y ratificarle , como en virtud de la presente le apruebo , y ratifico en la mejor , y mas amplia forma que puedo , prometiendo en fee y palabra Real de cumplirle enteramente , como en el se contiene ; Para lo qual mandè despachar la presente firmada de mi mano , sellada con mi Sello secreto , y refrendada de mi Infrascripto Secretario de Estado ; Dada en Madrid à diez , y siete de Septiembre de mil seiscientos y ochenta y quattro. Yo el Rey.
Don Crispin Gonzales Botello.

(L. S.)

BRUXELLIS,

Apud Ioannem Theodorum Antonium Velpium , Typographum Regis , juxtâ Palatium , in Aquila aurea. 1684.

Creneo (van) 20 haeren med' Branderijck

Creut ferte ende Ersacud vrouwd onse Lieve Ge-
=siinderij

Bij sienderen: geerijne ghesloeten trauslaet vande briedij
bij sijne Ex^{te} deijere marquis d' altarretto fauona
ende Graue de. a. stadpouder G. oimuerick ende
Cap^u quate vande Nederlanden vanden S. d. d. d.
mit de gedrichte copulair van Contract van
Gedus tusschen sijne ma^t. ende den souinck van
vrauchtijck den 15 augusti 1687 den ghesloeten
tot Regensberg, geden bij ons outfaugh V. uiuat-
= me ende van vlijen sijne ma^t. als hertog van
Silyg ordonneerde ende beuelende t' s' l' d.
alstout te publiceren idat veruolghent alle
acten van hostiliteit t' s' l' d. ende dat er
ieder sijn daer naer magt ende moet reguleren
sijnde V. ui. s. j. v. v. d. d. d. d. d. d. d. d. d. d. d. d. d.
= Ende tot Kirevunde d. 9. octobris 1687 ^{21^{te}}

Stadpouder Cantelair vander raad
van sijne ma^t. souuerainen
sijn d. d. v. d. d. d. d. d. d. d. d. d. d. d. d. d.

Er ordonnan van s' l' d.
J. v. d. d. d. d. d. d. d. d. d. d. d. d. d.

Transact

Ottou Henrich Marchgraue
van Alaxitto Jarona & Graue
Graue van Wiltfimo, Ridder
van ordre Sant guld & lue
Luit. Gouuerneur van Cap.
Snacht der Vredelanden.

Wijne ziele, Godt vobden
gedisponiert de ziele vanden Coninc ouer
ziele, Ende vanden alder Cristelyckste Coninc
tot et onreconuen van den Coninc van
twintig Jarre, By verforten 3. Ende des
niet to min belaste, In name van syn
Wra! belaste 3. vande des publicke des
princen van desen maect inde steden
Ende placten van in de Jurisdiction der
voorn. Tractate van den steden
dy 3. Jere vobden seijnde / mit de selue
formaliteit, als gedaen is g. vobden de
publicatie van Tractate van hinnen
Ende dat vobden alle acten van justiti
teijt, Ende de confiscatione gedaen ouer t
subidit vanden oorlogh vobden de effen,
Ende dat die Jere sijn dat naer sal vobden
te reguleren Jere vobden Wijne ziele ouer
ziele vobden 3. in synen seijlige beedernisse
vint Brussel den 5. october 1684. Sub

geparapheert Blend: 2. Onder de de
H. W. Valcarillo, die noch getuigt
C. A. Claris, op schrift dat de
Heer der Prins van Nassau Heer
van de de guldz. Huis Jouin
die Landen die Zuyden vanden
Stad vanden Coninc in G. O. Vla
lande